OCTOBER 23, ST. ANTHONY MARY CLARET, CONFESSOR & BISHOP

Errors? help@extraordinaryform.org

INTROIT Ps. 131: 9-10

Sacerdótes tui, Dómine, induant justítiam, et sancti tui exsúltent: propter David servum tuum, non avértas fáciem Christi tui. Ps. 131: 1 Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Sacerdótes tui, Dómine, induant justítiam, et sancti tui exsúltent: propter David servum tuum, non avértas fáciem Christi tui.

Let Thy priests, O Lord, be clothed with justice, and let Thy Saints rejoice: for Thy servant David's sake, turn not away the face of Thine Anointed. (Psalm) O Lord, remember David, and all his meekness. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let Thy priests, O Lord, be clothed with justice, and let Thy Saints rejoice: for Thy servant David's sake, turn not away the face of Thine Anointed.

COLLECT

Deus, qui beátum Antónium Maríam Confessórem tuum atque Pontíficem, apostólicis virtútibus sublimásti, et per eum novas in Ecclésia clericórum ac vírginum familias collegísti: concéde, quæsumus; ut, ejus dirigéntibus mónitis ac suffragántibus méritis, animárum salútem quærere júgiter studeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, with the virtues of an apostle Thou didst exalt blessed Anthony Mary, and through him build in Thy Church new religious congregations of men and women: grant, we pray, that led by hid counsels and helped by his prayers, we may unremittingly work for the salvation of souls, Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE Hebr. 7, 23-27

Fratres: Plures facti sunt sacerdótes, idcírco quod morte prohiberéntur permanére: Jesus autem, eo quod máneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdótium. Unde et salvére in perpétuum potest accedéntes per semetípsum ad Deum: semper vivens ad interpellándum pro nobis. Talis enim decébat, ut nobis esset póntifex, sanctus, innocens, impollútus, segregátus a peccatóribus, et excélsior cœlis factus: qui non habet necessitátem cotídie, quemádmodum sacerdótes, prius pro suis delíctis hóstias offérre, deínde pro pópuli: hoc enim fecit semel, seípsum offeréndo, Jesus Christus, Dóminus noster.

Brethren, there were made many priests, because by reason of death they were not suffered to continue: by Jesus, for that He continueth forever, hath an everlasting priest hood. Whereby He is able to also to save for ever them that come to God by Him: always living to make intercession for us. For it was fitting that we should have such a High Priest, holy, innocent, undefiled, separated from sinners, and made higher than the havens: Who needeth not daily , as the other priest, sins, and then for the people's: for this He did once in offering Himself, Jesus Christ our Lord.

GRADUAL Ps. 131: 16-17

Sacerdótes ejus índuam salutári: et sancti ejus exsultatióne exsultábunt. V. Illuc prodúcam cornu David: parávi lucérnam Christo meo.

I will clothe her priest with salvation: and her saints shall rejoice with exceeding great joy. There will bring forth a horn to David: I have prepared a lamp for Mine Anointed.

LESSER ALLELUIA Ps. 109: 4

Allelúja, allelúja. V. Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órdinem Melchísedech. Allelúja.

Alleluia, alleluia. The Lord hath sworn, and He will not repent: Thou art a priest for ever according of the order of Melchisedech. Alleluia.

GOSPEL Matthew 24: 42-47

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vigilate, quia nescítis, qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Illud autem scítote, quóniam, si sciret paterfamílias, qua hora fur ventúrus esset, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Ideo et vos estóte parati: quia qua nescítis hora Fílius hóminis ventúrus est. Quis, putas, est fidélis servus et prudens, quem constítuit dóminus suus super famíliam suam, ut det illis cibum in témpore? Beátus ille servus, quem, cum vénerit dóminus ejus, invénerit sic faciéntem. Amen, dico vobis, quóniam super ómnia bona sua constítuet eum.

At that time, Jesus said to His disciples: Watch ye therefore, because ye know not what hour your Lord will come. But know this ye, that if the head man of the house knew at what hour the thief would come, he would certainly watch, and would not suffer his house to be broken open. Wherefore be you also ready, because at what hour you know not the Son of man will come. Who, thinkest thou, is a faithful and wise servant, whom his lord hath appointed over his family, to give them meat in season. Blessed is that servant, whom when his lord shall come he shall find so doing. Amen I say to you, he shall place him over all his goods.

OFFERTORY Ps. 88: 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

SECRET

Sancti Antónii, Confessóris tui atque Pontíficis, quæsumus, Dómine, ánnua sollémnitas pietáti tuæ nos reddat acceptos: ut, per hæc piæ placatiónis offícia, et illum beáta retribútio comitétur, et nobis grátiæ tuæ dona conciliet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the annual feast of Saint Anthony, Thy Confessor and Bishop, make us in Thy kindness acceptable to Thee, O Lord: and may this present rite duly appease Thee, bring recompense to him, and assure gifts of Thy grace to us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

COMMUNION Matthew 24: 46-47

Beátus servus, quem, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántem: amen, dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum.

Blessed is that servant, whom when his lord shall come he shall find so doing. Amen I say to you, he shall place him over all his goods.

POSTCOMMUNION

Deus, fidélium remunerátor animárum: præsta; ut beáti Antónii Confessóris tui atque Pontíficis, cujus venerándam celebrámus festivitátem, précibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, the rewarder of faithful souls, grant that by the prayers of blessed Anthony, Thy Confessor and Bishop, whose venerable feast we celebrate we may obtain pardon. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.